



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XIII. Praeceptum Pippini Regis pro monasterio Soriciniij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

Nonus mansus est indomiticatus, ubi habet culturas v. & pratium & silvas & aquas cum fatiario.

Isti sunt cavaticarii sancti Petri. Teboldus, Gondoldis defunctus, Emhardus, Ledelindis, Amalgarius, Hairindis, item Amalgarius, item Teboldus, Amalbertus, Frodovinus, Frodevildis.

Familia de Cliciaco. Godelsadas, Ravenus, Odilo, Vivardus, Ermengisus, Hildegius, Ansberga, Vitalis, Adelgardis, Mamucia cum tribus infantibus suis, id est, Dominicus & Hildulfus & Gozlenus, & cum aliis tribus, Giberga, Erluinus, Nadalbertus, Erliardis, Godinus, Doda, Odila, Adelindis, item Odila, Vuido, Vuineganda, Tedelindis, Adelberga, Ermengildis, Roducia, Frozgarius, Grimhardus, Erembertus, Iohannes, Tetfinda, Hildebertus & soror ejus, Rainberga & filia ejus nomine Elisabet cum suis filiis.

Hengelrannus, Rodulfus, Rainerius, Hengelsent, Vuarenburgis, Rodulfus, & Bernice, omnes isti cum infantibus suis. Berhengerius Presbyter.

Ingelburgis filia Vitalis de Bunido beato Petro se tradidit tali ratione ut nunquam à monachis esset vendita neque ulli homini donata.

Doda, Vuarnerus, Ingelgerus, Anfoldus, Beliardus.

Adrianus, Rainnis uxor sua cum tribus filiis, Durandus, Germundus, Rainerius, Ermengardis, Nodelenda cum quinque filiabus & unum filium, Richardus, Tescenda cum duabus filiabus & unum filium, Ildardus & filius ejus Constantius. Isti sunt fratres & sorores Adriani, Rainnis, Legardus, Nodelenda habent seniores. Alboldus, Giberga, Tescenda, Constantius, Acellinus, Sireda soror ejus, Idfredus cognatus eorum, Ikenbardus filius Richardi. Isti sunt cognati Adriani Germani.

Hisenburgis Britonisa gratanter se condonavit sancto Petro, antequam acciperet maritum, ut in posterum cum filiis & filiabus suis sub servitutis jugo teneatur, quorum hæc sunt nomina. Odolicus, Gislebertus, Durandus.

dem Dei genitrix nobis visa est præcepisse. Conferimus igitur eidem loco de rebus à Deo nobis collatis ad sustentationem, ut diximus, fratrum ibidem loci famulantium locum nostrum quod dicitur Villapinta & Ecclesiam in honorem sancti Iohannis Baptiste constructam cum omni integritate, quantumtuncque in ipso loco jure proprietatis modo nostra est possessio, & aliud prædium quod dicitur Villamama in contiguo superioris prædicti situatum, cum omni integritate, cum mancipia utriusque sexus, cum domibus, ædificiis, terris, vineis, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decuribus, molendinis, mobilibus & immobilibus, cultum & incultum, questum & acquirendum, totum ab integro memorato monasterio Soricinij ad curas ejusdem monasterij necessitates consulendas perpetualiter ad habendum delegavimus. Et hæc nostram auctoritatem sub nomine ac evictionis gratia fieri volumus, per quam præcipimus ut nullus iudex publicus vel quilibet ex judiciaria potestate in possessiones memorati monasterij, quæ deinceps divina pietas in jure ipsius sancti loci voluerit augere, ullas illicitas occasiones requirere nullo unquam tempore audeat; sed liceat ordinato Abbati suisque successoribus sub immunitatis nostre vel successorum nostrorum defensione quieto ordine possidere. Et quandoquidem divina vocatione à nobis ordinatus Abbas vel successor ejus ab hac luce migraverit, perpetuo secundum regulam sancti Benedicti per hæc nostram auctoritatem & consensum licentiam habeant eligendi Abbates; quatenus ipsi monachi, qui ibidem Deo famulari videntur, pro statu totius regni nostri & incolumitate conjugis atque proles Domini misericordiam exorare valeant. Et ut hæc auctoritas nostra & futuris temporibus debeat inconcussa manere, manu nostra subfirmavimus, & annuli impressione signari iussimus.

Signum Pippini gloriosissimi Regis.  
Ioannes Diaconus ad vicem Dagni recognovit.  
Data septimo Kalendas Septembris anno Christo propitio secundo Domni Pippini Regis, Indictione septima. Actum Aquilgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

## XIII.

*Præceptum Pippini Regis pro monasterio Soricinij.*

An. 754. Ex archivo monasterij Soricinij. **I**N nomine Domini & Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Pippinus gratia Dei Rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei ejusque in eisdem locis famulantium propter eorum sustentationem quoddam conferimus præmium, nobis apud Dominum æternæ remunerationis præmium rependi non diffidimus. Proinde noverit omnium fidelium tam præsentium quam & futurorum solertia quia placuit nobis propter amorem Dei & anime nostre remedium construere monasterium in pago Tolosano juxta castrum quod dicitur Verdminus, cui Soricinij titulo vocabulum constat indici Soricinij, in honorem Dei & ejus genitricis perpetuæ virginis Mariæ & omnium sanctorum, secundum quod ea-

## XIV.

*Charta donationis ville de Blangiac ad Ecclesiam Brivatensem.*

An. 760. Ex Chartario Brivatensi cap. 26. **E**Xemplaria. Domnis sanctis Donidio, Honorifico, Vnoberro, Betoleno Presbyteris, necnon Raconi Clerico, vel alius tam Diaconibus quam serviendis sancto Iuliano Clericis qui præfenti tempore ibidem deservire videntur. Ego Gideon. Dum non est incognitum quod Dominus Hunaldus Princeps ante hos dies per \* parva consilia aliquam villam in pago Limanico de ratione sancti Iuliani martyris, cui vocabulum est Maccariaco, visus fuit astruxisse, postea celeste auxilio monitus superscriptam villam ipsi castre Dei reddere ordinavi & duas portiones tam de terra, vineis, censu, tributo, aut ex omni re sibi pertinenti, pro mole peccatorum, vobis visus fui condonasse,